

Summa Pars Quarta

lis operatio brutorum. vnde scribit Ambro. in suo exameron.ac etiam Linco. in de mandatis , de ciconia , quod depositis patris artibus per longeum senectutis plumarum tegmine, alarumque remigio nudatos circulat fibole pennis proprijs souet , & quid dicam collato cibo paicit : quandoque etiam ipsa natura reparat dispendia, vt hinc atque inde sub levantes, se non fultro alarum ad volandum exerceant. & in pristinis vīis iam disfluita reducant piē patris membrum . & ideo tu qui patrem carnalem habes senem, pauperem & debilē hoc confidera , & noli despicere eius incommoda. vt puta sensuum defectionem , virium imbecillitatem , dorsi curvitudinem, mēbrorum tremorem, gressuum titubationem , linguana balbutientem , pueriliter præterita laudantem , præfentia deficiētatem. facile cō querentem , & ferè sine causa irascētum , & huiusmodi plurima. Sed secundum scripturæ consilium Eccles. 3. Si scipe feneūtatem patris tui , & non contristes eum in vita illius, & si defecerit sensu veniam da illi, & ne despernas eum in tua virtute : nam, vt dicitur Deuteronom. 27. Maledictus qui non honorat parentes . & si hoc intelligatur de patre carnali. ergo a multo fortiori de patre spirituali . Vnde canon , qualis (inquit) condemnatio eis emitat, qui in patres peccant , diuinā scriptura ostendit. Si enim Cham, qui non operuit pudentia patris, maledictus est. Genet. 9. multo magis ampliori condemnatione digni sunt , qui in patribus legatione Dei fungentibus cō tumeliam inferunt. hæc canon. 2. q. 7. quales. Quintum mandatum etiam transgrediunt aurari. s.homicidium committendo: nam bella multa & homicidia suscitantur propter auaritiam . Vnde Iaco. 4. Vnde in vobis bella & lites nisi ex concupiscentijs vestris . Vnde in figura huius legitur Gen. 4. q. Cayn , qui posseſſio interpretatur , occidit Abel fratrem suum . Sextum mandatum etiam transgrediunt aurari. s.mechia turpitudinem perpetrando. vnde Luc. 15. legitur de filio prodigo, q. petijt a patre portionem substantie sua, qua accepta abiit in regionem longinquam , & dissipauit substantiam suam viuendo luxurioſe. Septi-

mum mandatum etiam transgrediunt aurari. s.furtum faciendo . Vnde Iosue 7. legitur de Achar, qui auaritia ductus contra præceptum Dei furatus est pallium coccineum & ducentos ciclos argenti regulamque auream, & propter hanc transgressionem præcipiente Domino lapidatus est ad mortem . & filij & filiaribues , asinæ , oves ac tabernaculum suum cum tota eius substantia igni combusta & consumpta sunt. Octauum manatum transgrediunt aurari , scilicet falsum testimoniū contra proximum loquendo . vnde Ifid. in de sum. bono. libr. 3. capit. 64. Non enim (inquit) deerrit multiplex conuentus testium falsorum, si tantum præfentia sit nummorum : nummi. fecerunt indices custodiētes sepulcrum Domini falsum testimoniū dicendo contra Christum a morte resurgentem. vnde Augus. super psal. 36. Dixerunt (inquit) illi custodes iudeis quem viderunt & quid factū sit. accepérunt pecuniam & dictum est eis , dicite , q. vobis dormientibus venerunt discipuli & abstulerunt eum . Item Aug. expponens illud Matth. 26. Quid uultis mihi dare & ego vobis eum tradam ? Multi sunt (inquit) hodie , qui factū iudicē traditoris execrantur : & tamen ipsi id faciunt: nam cum pro munere falsum testimoniū dicunt, Christum qui veritas est vendunt. hæc ille . Falsus enim testis iustitiae dænit aut nocentem abolitum, qui meritò penitentia iniquitatis reportabit dicente scriptura . Tertius falsus non erit impunitus , si qui loquim mendacium peribit. Prouer. 19. In lege enim veteri punita est pena talionis falsitas testimoniū . vnde Deu. 19. Si steterit testis mendax cōtra hominem accusans eum causa prævaricationis , stabunt ambo quorum causa est ante dominum in conspectu sacerdotum & iudicū qui fuerint in diebus illis: cunque diligenter perscrutantes inuenierunt falsum testimoniū contra fratrem suum mendacium, redent ei , sicut fratri suo cogitauit , & auferes malū de medio tui; vt cæteri timorē habeant, & nequaquam audiant talia facere. Nō misericordies eius sed anima pro anima, oculū , p. oculo, dentē pro dente manū pro manū, pedem

pro